



zu Oder

O.i.840(1-101).



THESES ALIQUOT  
**ADL. CORNEL.**  
DE SICAR. VBI DE HO-  
MICIDIO, VENEFICIO ET  
INCENDIO.

QVAS DIVINA ASPIRANTE GRATIA,  
SVB PRAESIDIO CLARISS. AC CONSULTISS. VI-  
rorum, D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Io-  
annis Hollandt SS. LL. Licentiatorum Dictatoris &  
Fisci, in florentissimo Agrippinensium Iuris  
Collegio, publicè disputandas  
proponit.

**CHRISTOPHORVS** Wingler.

*Anno Domini M. D. LXXXXIII.*  
*III. Id. Maij.*



COLONIAE AGRIPPINAE Y  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

95

## CONTINVATIO.

**C**um homicidium cum adulterio non paruam affinitatem habeat, recte post legem Iuliam de adult. lex Cornel. de Sicarijs subjicitur.

Per ea quæ tradit Gribald. in princ. tract. de homicid.

## THEISIS I.

**C**um verborum prior, rerū verò posterior sit interpretatio, (a) materia nostra Eymologiam præmittere non est inconueniens, dicuntur igitur Sicarij à sica, quod significat ferreum cultrum, (b) quasi seca à secando, hinc abusiuè qui quocunque te- lo interficiunt, sicarij appellantur. (c)

(a) vulg. l. i. ff. si cert. pct. Oldend class. 4 act. 24. in princ. (b) §. Item lex Cornelia Insti- de publ. iud. (c) VVes. in par. h. t. nu. 3.

## II.

Agit autem hac l. Cornelia de tribus delictis, homicidio, veneficio, & incendio, (a) ho- micidium dicitur, hominis cades, (b) ab homine perpetrata, (c) qua anima à corpore se- paratur, (d) cuius sex constituo species, (e) Legitimum, casuale, culposum, simplex ve- luntarium seu purum, dolosum, & præditorium (f) de singulis ordine despiciens.

(a) l. i. in prin. h. t. (b) Panor. in c. sicut ext. h. t. (c) nam si homo a sera, vel alio bruto in- terficiatur, non homicidiū sed pauperies appellatur tot. tit. si quad. paup. se dic. (d) VVes. in par. nu. 5. (e) cum quæ diuisim tractantur magis clara ac facilitatis capacitatibus sint. Fab. in rub. Inst. in action. Schnid. in §. fuerat. n. i. eod. Crauet. de antiqu. temp. in prin. de oper. partit. (f) Grabald. dict. tract. de homicid. cap. 2.

## III.

Legitimum est quod lege permittente fit, pœnamq. non meretur, vt in executore pub- licæ vindictæ, (a) milite occidente hostem, (b) marito in adulterio deprehensem, (c) de adulterio suspectum trina monitione præcedente, (d) patre adulterum cum filia reper- tum, (e) coniunctis personis interficientibus raptorem virginis, viduae, necnon sanctimonialis, (f) occidente furem nocturnum, (g) diurnum telo se defendantem, (h) transfugā, (i) bannitum, (k) Turcas, Sarracenos, & Christianæ fidei inimicos, (l) aggressorem, (m) mo- nomachiam vti legibus & canonibus improbatam, (n) consuetudine etiam immemorabili in contrarium non obstante, (o) minimè per hoc agnoscendo.

(a) c. nō frustra 23. q. 5. vbi, non frustra sunt instituta potestas regis, ius cognitoris, vns- gulae carnificis, arma militis &c. (b) dic. c. non frustra, nec peccant ob id nec homicidae appellari solent, c. si homicidiū ead. q. (c) l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult. l. marito ff. eod. Lancell. de offic. præf. prætor. rub. de homicid. nu. 9. (d) Auth. Si quis C. d. t. (e) dummodo utrumque occidat, l. nihil, l. nec in ea cum ll. seqq. ff. de adult. Clar. §. homicidium. nu. 48. (f) l. vnicia C. de rap. virg. (g) l. furem ff. h. t. (h) l. si pignora §. furē ff. de furt. l. 4. ad l. aquil. (i) l. 3. §. fin. ff. h. t. (k) Gaill lib. 2. de pace pub. cap. 1. (l) Damh. in praxi crim. cap. 81. num. 8. (m) l. 2. 3. & 4. C. h. t. l. vt vim & ibi Dd. ff. de lust. & iur. c. significasti ext. l. t. (n) l. vnicia C.

de glas

iatoribus lib. II c. monomachia 2. q. 3. (o) Concil. Trident. sess. 25. cap. refor. 19. Gribald.  
din cap. primæ spec. homicid. nu. 19.

- ad iustitiam & iurisq. mod. IIII.

Circa inuasionem moderamen inculpatæ tutelæ semper obseruanum est, (a) ad quod  
etiam terror armorum sufficit, (b) nec quis primum ictum expectare, (c) aut fugere te-  
netur, si per huiusmodi fugam periculum vita vel honoris immineret, (d) cum & pro ne-  
cessaria honoris defensione aliquem occidere licitum sit. (e)

(a) Dd. in d. l. vt vim (b) Sichard. l. 2. C. de transact. Gaill lib. 2. obs. 110. nu. 13. (c) Angel.  
de malefic. verb & dictus Titius nu. 26. vbi angust. Clar. d. §. homicidium nu. 33. (d) Dam-  
haud. cap. 76. nu. 7. & 9. Hypol. de Marsl. in praet. crim. §. quoniam num 86. contra Clar.  
dict. §. homicidium num. 32. Gribald. in com. opin. verb. homicid. (e) Damhaud. cap. 79.  
Clar. dict. §. nu. 26.

V.

Casuale homicidium fato, siue casu præter voluntatem & culpam accidit, quod simili-  
ter impunitum manet, (a) ut in regularijs qui de opere suo dimittendo tegulas, aliquem  
prætereuntem occidunt, (b) putatoribus ramorum, (c) succisoribus arborum, sagittarijs,  
Equitibus, Equorum exploratoribus, aurigis, (d) ludentibus ad iaciendum palum, (e) ac  
similibus.

(a) cum nemo de fortuito casu teneatur, l. si putator ff. ad l. Aquil. l. quæ fortuitis, C. de  
pig. act. (b) si signa præmonitoria constituerint, aut satis maturè acclamauerint. Damh.  
cap. 85. nu. 1. non post factum vt Agasones Ferrarienses Mynting. in §. Itē si putator Inst.  
ad l. Aquil. (c) d. l. si putator & §. Item si (d) Damh. dict. cap. 85. Constit. Carol. art. 146.  
(e) Socin. consil. 16. lib. 1. Clar. dict. §. nu. 2.

VI.

Culposum verò culpa, remoto dolo, contingit, est q̄, punibile nō pœna ordinaria, sed pro  
qualitate culpæ, (a) vt si magister in disciplina, (b) aggressus in defensione (c) modum ex-  
cesserint, volens petere canem interficiat prætereuntem, (d) maritus interficiens uxorem  
adulteram (e) animum occidendi non habens, (f) vulneratus vulnerantem etiam se non  
defendendo, (g) percutiens non lethaliter aliquem debilem & delicatum, vnde moria-  
tur. (h)

(a) Clar. dict. §. homicidium nu. 3. Gribald. cap. 6. nu. 11. (b) l. 5. §. si magister, ad l. Aquil.  
Gribald. dict. cap. nu. 4. (c) Angel. dict. verb. Et dictus num. 7. 17. & 19. VVesemb. in sup ad  
Schneid. §. Item l. Cornel. Damh. d. cap. 74. nu. 40. prouocatus enim non habet stateram  
in manibus vt det ictus ad mensuram. Gaill dict. obs. 110. num. 15. & seq. (d) Signor. consil.  
27. VVes. d. loc. (e) Damh. cap. 80. nu. 23 (f) Hart. Hart. lib. 2. tit. 50. obs. 11. (g) eundem in-  
sequendo Lancel. d. tract. & loc. n. 19. (h) cum communi cōtra, Gribald. cap. 7. n. 19. & seq.

VII.

Huiusmodi homicidium etiam ex teli genere præsumitur, vt si quis clavi, cucuma, ba-  
culo, calce, cu' tello domestico, (a) amphora plena vino, vase viireo vel terreo, (b) gleba,  
ligno, lapide, (c) ligone (d) capulo gladij, (e) ligno hastæ, (f) & similibus instrumentis ad  
eadem faciendam non factus percussit & occiderit, culpa & non dolus præsumitur, & ob-  
ij de eadem tantum tenetur. (g)

(a) l. 1.

(a) l. i. 5. Diuus h. t. VVes in parat. nu. 9. Clar. d. 5 nu. 5. (b) Angel. verb. uno stocco ferre  
geo nu. 1. (c) Alb. de Gand tit. de homicid. nu. 23. (d) Aret. consil. 146. Clar. d. lo. (e) Clar.  
ibid. (f) Gribald. cap. de homicid. dolos. nu. 14. (g) Dd alleg. locis, nisi contraria presum-  
ptio hanc tolleret, quia percutiens fuit inimicus percussi, tunc enim ad cautelam & co-  
lorem elegisse presumitur, quo suum dolam palliat. Gribald. d. loc. nu. 16 qui animus  
non occidendi etiam iuramento in dubio probari potest. Hypol. de Mars. s. diligenter  
num. 44. Lancel. d. loc. nu. 7.

### VIII.

Homicidium simplex siue purum appellatur, quod absque aliqua premeditatione &  
precedenti dolosa machinatione, ex abrupta, precipiti & quasi coacta voluntate perpetratur,  
(a) ut si quis aliqualiter prouocatus inimicum suum casu obuium interficerit, (b) &  
ab id non ordinaria, sed arbitraria iudicis pena punietur. (c)

(a) Gribald. in cap. huius spec. (b) Clar. dict. s. nu. 8. faciunt huc quae tradit Menoch. cas.  
361. nu. 11. (c) Grib. alleg. loc.

### IX.

Dolosum est, quod expressum ac verum dolum, (a) non latam culpam, (b) atque mor-  
tis euentum (c) requirit, eiusq[ue] pena ultimum supplicium est, (d) nulla facta differentia,  
an liber vel seruus, infans vel grandeuus, (e) notus vel ignotus, (f) in vel extra vieturum  
consistens, (g) volens vel inuitus (h) imperfectus sit.

(a) Gribald. in prin. cap. huius spec. Gaill. d. obs. nu. 1. (b) l. in lege h. t. Gaill. nu. 2. (c) quia  
l. i. 5. Diuus ff. h. t. per generalem consuetudinem totius mundi sublata est. Alex. consil. 15.  
nu. 2. vol. 1. Damh. cap. 67. nu. 19. Clar. d. 5. nu. fin. Grib. cap. de hom. culp. 15. VVes. in par.  
nu. 16. (d) l. nemo deinceps C. de Episc. aud. l. ynica, C. de rapt. virg. Damh. d. cap. 67. num.  
fin. Clar. nu. 18. Constit. Carol. art. 137. (e) l. i. 5. i. h. tit. (f) si saltet de corpore constet. Hy-  
pol. in s. principium nu. 17. (g) si vitam conceperit, c. Moyses 32. q. 2. c. sicut ext. h. t. Damh.  
cap. 74. nu. 9. & seq. contra Menoch. cas. 357. nu. 6. & seq. (h) Hypol. de Mars in rub. de fide-  
iuss. nu. 207.

### X.

Hac pena tenetur, tam mandans quam mandatarius, (a) falsum testimonium quo  
innocens damnetur, dicens, (b) iudex scienter innocentem damnas ad mortem, (c) opem  
ferens, (d) infantem verò innocentia consiliij, furiosum fati infelicitas excusat. (e)

(a) Albert. de Gand. de malef. rub. de trans. nu. fin. & rub. de homicid. num. 9. Angel.  
verb. Et Sempronium nu. 30. 37. Ferrar. in sua praxi in form. inquis. verb. opem nu. 10. no  
data pecunia, alias assassinus appellatur, rub. de mandat. homic. num. 3. nec facta aliqua  
distinctione an alias esset facturus, nec ne. Clar. s. fin. q. 89. in prin. contra Menoch. & ali-  
os per eundem citatos cas. 352. nu. 13. (b) l. i. h. t. lingua enim quouis ferro nocetior. Danh.  
haud. cap. 70. nu. 4. (c) l. i. Damh. d. cap. num. 15. & seq. (d) Angel. verb. Andream num. 5.  
verb. dicto maleficio nu. 10. & 17. Ferrar. d. loc. nu. 2. Menoch. cas. 349. (e) l. i. infans h. t. igno-  
rant enim quod vident gl. in clem. ynica h. t.

### XI.

Excusantur similiter ab hac ordinaria pena, dormiens, (a) ebrius, (b) iracundus, (c)  
occidens partus monstrosos, (d) quibus percitum amore, qui sepe aliquem insanire fatit,  
corrualem suū interficiem adiungere non audeo, nisi prouocatio aliqua concurrat. (e)

(a) d. clem. ynica h. tit. (b) c. sanè cum seq. 15. q. 1. (c) Gaill. d. obs. nu. 10. num. 35. (d) Damh.  
d. cap.

d.cap.8.4.num.27.(e)cum huiusmodi homicidia destinata voluntate, impunitia consortis plerunque fiant. Gaill d.obs. nu.23.

### XII.

Dupliciter hic queri poterit, an mandans aliquem vulnerari, non autem occidi, & mandatarius nihilominus occidat, (a) item volens interficere Cainum interficiat Semproniam, (b) hac poena teneantur? & in utroque negatiuam indistincte amplector. (c)

(a) Iacob. Nouel. in tract. ad defensam rub. de excusat. à reo faciend. nu.17. Gribald. cap. de homicid. culp. nu.6. & seq. (b) Damh. cap. 85. num. 7. Clar. d. §. nu. 6. VVes. in suppl. ad Schneid. (c) Dd. alleg. loc. cont. Clar. §. fi. d. q. 89. nu. 5. Menoch. cas. 352. nu. 2. vbi in prima casu distinguunt, an quis mandauerit vulnerari, vel alias leuiter percuti.

### XIII.

Vulneratus ex vulnere pro qualitate eiusdem, & mensura interualli discessisse presumitur, (a) in quo an vulnus lethale sit, statutus iudicio medicorum, (b) quod iudex diligenter examinare, & inferenda sententia, qua tamen in rem iudicatam non transit, (c) sequi debet, (d) & si vulneratus culpm in non adhibendo medicos, vel eisdem non parendo commiserit, (e) mors vulneranti non imputabitur. (f)

(a) Gaill lib. 2. obs. 111. per tot. (b) c. significasti §. & quidem h.t. (c) Gaill d. obs. num. 16. (d) Clar. hoc §. nu. 43. (e) Angel. verb. & ex interuallo nu. 12. Bald. in l. qui occidit, ff. ad l. Aquil. (f) Angel. ibid. Fels. in cap. 7. h.t.

### XIV.

Si in rixa plurium homicidium committatur, & incertum quis hoc fecerit, omnes ab hac ordinaria poena absoluuntur, (a) nisi singuli lethaliter vulnerassent, (b) aut in praesentia unius cadaver sanguinem emittat, (c) vel primi ictus author sciatur, (d) tunc enim ille solus ut Reus condemnari debet. (e)

(a) Alex. cons. 15. nu. 4. vol. 1. cons. 14. nu. 7. & seq. vol. 3. Clar. nu. 35. Gaill lib. 2. obs. 109. (b) Constit. Carol. art. 148. (c) Boer. q. 166. nu. 1. Blanc. in rep. l. fin. num. 408 ff. de quæst. Menoch. de arb. iud. cas. 270. nu. 16. (d) tunc enim cæteri cadaver non hominem percussisse dicuntur. Idem Menoch. cas. 362. nu. 18. (e) præfati Dd. ibid.

### XV.

Qui fatetur hominem occidisse, & in mare proiecisse non prius de homicidio puniri debet, quam de corpore constet, aut saltem istum hominem mortuum esse per famam probetur, (a) cum & reus primo homicidium negans, deinde de eodem conuictus, nihilominus se defensionis causa excipere & probare potest. (b)

(a) l. 1. §. Item illud ff. ad S. C. Silian. Hypol. in §. principium num. 4. & 5. Gribald. in reg. criminalib. prius enim persona delinquentis quærenda non est, quam constet delictum esse commissum. Lancel. rub. de confess. crim. nu. 11. lim. 17. (b) Sichard. in l. fin. nu. 2. C. de fideicom. Boer. decis. 164. nu. 11. Clar. nu. 35. Gribald. in com. opin. verb. homicidium, vbi communem asserunt.

### XVI.

Clericus homicida non ipso iure, sed per sententiam suo beneficio priuatur, (a) prout & quilibet successione eius, quem interfecit, ubi ex testamento, vel ab intestato ad eum bareditas pertinere posset, non gaudet. (b)

(a) commu-

(a) communiorem dicit Clar. d. §. homicidium, nu. 21. (b) Idem nu. 22.

XVII.

Homicidium proditorum est, cædes hominis nihil tale suspicantis per insidias clam petrata, (a) quod latrociniū appellari potest, (b) & secundū communem consuetudinem, & Carolinam constitutionem mediante rota puniri solet, (c) estq; in Iure adeo odiosum, vt Reus eiusdem criminis immunitatem ecclesia, (d) atque remissionem ad suum tribunal non habeat, (e) sed omni Iuris beneficio atque defensione, audientiaq; priuetur (f)

(a) Gribald. in tit. huius spec. c. i. ext. h. t. Clar. hoc §. num. 10. (b) Gribald. ibid. num. 9. (c) Damh. d. cap. 86. num. 7. Carol. constit. art. 137. (d) c. inter alia ext. de immun. Eccles. Guid. Pap. q. 121. Clar. §. fin. q. 30. nu. 11. (e) sed ubi captus ibi puniri debet. Damh. d. cap. nu. 9. (f) l. pen. C. de postlim. reuersi. Grib. d. loc. c. caueant. 3. q. 9.

XVIII.

Extra rem non est adiungere parricidium, quod fit cum quis patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, sororem, patruellem, matruellem, patruum, auunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, vxorem, virum, generum, socrum, virum, priuignum, priuignā, patronum, patronam. Item si mater filium, filiam ve, auus nepotem occiderit, (a) cuius pæna est, vt virgis sanguineis verberatus, culeo insuatur, cum cane, gallo gallinaceo, viperā & simia, atque in mare projiciatur, si proximū sit, alias bestijs dilacerandus tradetur, (b) cuius concij, (c) euentesq; venenum vt patri darent, etiam si non potuerint, (d) participes sunt, nunc verò secundum consuetudinem cuiusque loci, cum difficile sit huiusmodi pœnarum genera ubique babere, aliter puniuntur. (e)

(a) l. 1. ff. ad l. Pomp. de parricid. (b) l. pœna. cod. tit. (c) l. vtrum d. tit. (d) d. l. l. in fin. (e) Damh. cap. 87. num. 3. & 4.

XIX.

Qui sibi ipsi mortem consciuit ex desperatione aut meticuloza anxietate perdenda vita, gloria, aut rei alicuius temporalis, foras è domo in qua id fecit per fenestram, aut foueam sub limine eiusdem effosam extractue, rhabda impositus ad locum supplicij exportari solet, ubi comburi, vel ignominiosè ad arborem biforcatam suspendi, aut per carnificem sepeliri consueunt, (a) quæ sepultura canina appellatur, (b) & hoc tempore obseruari solet. (c)

(a) Damh. cap. 88. Schneid. in §. Iuris præcepta Inst. de Iust. & iure. (b) glos. post text. in c. placuit 23 q. 5. (c) teste VVes in addit. ad Schneid. dict. loc.

XX.

Cum veneficum homicidij proditorij species sit, (a) non inconcinnè de eodem vi se-  
cundo huīus materiæ nostræ delicti genere, (b) aliquid subiçimus, dicuntur itaque vene-  
fici qui veneno hominem interfecerūt, (c) venenumq; ac mala medicamenta hominis ne-  
candi causa confererunt, vendiderunt, vel habuerunt, (d) quiue poculū amaro iūm dede-  
runt, (e) ac corruptas carnes, putridos pisces, noxia, sulphureq; infecta vina vendide-  
runt, (f) vnde mors violenta causetur, omnes pœnal. Cornel. ienentur, (g) Qui verò su-  
furrj's magicis, arteq; diabolica, contra vitam ac salutem hominum moluntur, elementa  
turbant, tempestates excitant, (h) recte de consuetudine ac constitutione Caroli Quinti  
vivi comburuntur. (i)

(a) Gribald.

(a) Gribald. cap. fin. nu. 10. (b) sup. thes. 2. (c) s. Item l. Cornelius Inst. de publi. iudi. (d) l. s. in pr. h. t. (e) l. si quis aliquis, s. qui abortionis ff. de pœnis. Damh. cap. 61. nu. 88. (f) Damh. d. cap. 74. nu. 19. (g) alleg. loc. (h) l. nullus, l. corum, l. multi. C. de malef. & mathem. (i) artic. 109.

### XXI.

Qui super aliorum conscientijs examinari possunt, (a) illorumq; denunciationibus contra socios fides adhibetur, (b) vnicatamen neque ad torturam sufficit, (c) nisi præsumptionem annexam haberet, (d) putafamam (e) vel quod lachrymæ extorqueri non possint, (f) vel post eorum minas, aut cōtactum aliquis illico mortuus conciderit, (g) sed duæ vel tres præstim mulierum, licet harum numerus in hoc abominando criminis propter nimiam earundem curiositatē frequentior sit (h) requiruntur, (i) ex violentis interim præsumptionibus ad condemnationem etiam procedi posse non perperam Bodinus existimat. (k)

(a) l. fin. C. de malef. & mathem. (b) Pet. Binsfeld. in tract. de conf. malef. 2. memb. quæst. concl. 1. n. si denuncians esset denunciati inimicus. Bodin. de Mag. dæmon. lib. 4. cap. 2. mihi pag. 571. (c) Binsf. conclus. 3. (d) Idem conclus. 5. (e) Bodin. lib. 4. cap. 4. pag. 601. (f) Bodin. lib. 3. cap. 4. lib. 4. cap. 1. pag. mihi 545. licet alias mulier tempestiuē & intemperituē lachrymas & suspiria iaculetur, nisi quod dexter oculus aliquando ternas emittat guttas. Idem Bodin. dict. lib. 4. cap. 4. pag. 609. (g) Bodin. d. cap. 4. lib. 4. pag. 560. (h) Binsfeld. prælud. 11. (i) Idem d. memb. 2. concl. 6. Bodin. d. cap. 2. (k) lib. 4. cap. 5. pag. mihi 642.

### XXII.

Et licet multa miranda atque nocimenta, quæ si naturalibus medijs non fiant, sed ex pacto diaboli per signa & characteres, spiritualibus armis impediuntur, (a) humano generi inferre, multorumq; scientiam habere possunt, (b) non tamen sunt aliquo modo consuendi, (c) neque ab eis salus aliqua, aut morbi curatio querenda, quia illa mors potius quam vita dicitur, (d) nec seipso ex carceribus, manibusq; iustitiae liberare, (e) nec iudicibus, alijsq; eos persequentibus, nocere possunt. (f)

(a) Binsf. præl. 9. (b) c. sciendum 26. q. 5. c. nec mirum s. si autem, ead. q. 6. (c) d. l. nullus, & l. nemo, C. de malef. (d) c. qui sine, cum c. seq. 26. q. 2. (e) Damh. d. cap. 61. nu. 125. & seq. Bod. cap. 4. lib. 3. (f) Bod. d. cap. 4.

### XXIII.

Cum hoc maleficium manifestam heresin sapiat dubitari potest, quare non prout in beneficij, (a) confiscatio bonorum locum habeat? Et de consuetudine non obseruari videamus. (b) id est a nescientibus alantur. Auth. Gazaros C. c. vergentis ext. c. cum secundum in 6. de hæret. (b) Clax. s. hæresis nu. fin. Binsfeld. prælud. 13.

### XXIV.

Possunt interim huius detestandi criminis rei, qui dæmoni semel nomina sua dederunt, Christiana fidei renunciarūt, eiusdem diaboli iugū rumpere, ac ad saniorem mentem, gratiamq; Dei per veram pœnitentiam redire, (a) quos & si vera pœnitentiae signa apparet, (b) dadi.

reant, ad Eucharistio sacramentum admitti, (b) atque sublato ignis suppicio praefocari aut stranguli (c) æquum est.

(a) Binsfeld. præl. 5. & causa 9. huius maleficij. (b) Idem dub. 5. (c) Bodin. d. cap. 3. lib. 4.

## XXV.

Tertiò incendium sub hac lege comprehenditur, (a) cum illud nō raro hominibus mortem præparet, (b) quod si in ciuitate data ad hoc opera fiat magnum q̄ sit, illius auctor, viuus comburitur, (c) si in villa dacapitatur, (d) prout & is qui incendium minatur, quivè ad hoc aliquid præparauerit, (e) & ex lege Aquilia ad damni restitutionem quoque tenetur, (f) quemadmodum qui illud lata, leui aut levissima culpa exoriri fecit. (g)

(a) l. i. h. t. l. data opera, C. qui accus. non poss. (b) Angel. verb. incend. nu. 1. l. lancel. cod. nu. 1. (c) l. qui aedes ff. de incend. ruin. & nauf. l. capitalium §. incendiarij, ff. de pœnis. Carol. constit. art. 125. (d) vide Cyn. in d. l. data opera. Bart. in l. apud, ff. de offic. præf. vigil. vbi eleganter distinguunt, arbitrium etiam iudicis in hisce casibus non parum valet. Menoch. cas. 390. nu. 32. & seq. (e) Damh. cap. 103. nu. 10. & 11. (f) Cyn. & Bart. d. loc. (g) Ang. dict. verb. incendiario nu. 6. & ibi Angust. Gaill lib. 2. obser. 22. nu. 2.

## XXVI.

Et licet incendium ex culpa inhabitantium plerunque subortum præsumatur, (a) non tamen huiusmodi præsumptio ad fundandam actoris intentionem repetitionis damni sufficit, nisi & determinati, certi q̄ hominis culpa demonstrata fuerit, (b) nemo verò casum fortuitum, (c) nec conductor levissimam culpat (d) præstare tenetur.

(a) l. 3. s. 1. ff. de offic. præf. vigil. (b) Bald. consil. 441. vol. 1. Alex. cōfi. 5. vol. 10. Afflict. dec. 57. Grammat. decis. 3. Gaill d. obs. 22. nu. 3. & 4. Menoch. d. cas. 390. nu. 3. & seq. vbi hanc communem. (c) Damh. cap. 104. nu. 8. Gaill lib. 2. obs. 21. num. 2. Menoch. dict. cas. num. 1. (d) Angust. dict. nu. 6. & nu. 13. Lancel. d. rub. de incend. nu. 15. Gaill alleg. loc.

## COROLLARIVM.

Corollarij & parergi loco propter quotidianam praxin exercitiij & veritatis indagatio-  
næ gratia adjicere placet, quod præscriptio in annuis præstationibus, etiā longissimo tem-  
pore in minore valore ac qualitate monetæ, quam fuit tempore contractus, soluta sint, nul-  
latenus sibi locum vendicet.


Myns. cent. 3. obs. 13. Gaill lib. 2. obser. 73. licet contrarium teneat Clarissimus nostræ  
ætatis, ac huius ciuitatis Iuriscons. Reinerus Budelius in suo insigni tractatu de Monet.  
& ac monet. lib. 2. cap. 24. cui astipulatur quoque consultiss. dom. D. Matth. Boiss præce-  
ptor noster obseruandus in addit. ad limit. 4. Albert. Brun. in tract. aug. & diminut. mo-  
net. per Dd. & rationes ibidem.

AB:153255  
(X2203998)

K

D. Legat. St. Thomasm. Galli

# Farbkarte #13



THESES ALIQUOT  
**ADL. CORNEL.**  
DE SICAR. VBI DE HO-  
MICIDIO, VENEFICIO ET  
INCENDIO.

QVAS DIVINA ASPIRANTE GRATIA,  
SVB PRAESIDIO CLARISS. AC CONSULTISS. VI-  
rorum, D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, & D. Io-  
annis Hollandt SS. LL. Licentiatorum Dictatoris &  
Fisci, in florentissimo Agrippinensium Iuris  
Collegio, publicè disputandas  
proponit.

**CHRISTOPHORVS** Wingler.

*Anno Domini M. D. LXXXVIII.*  
*III. Id. Maij.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT. Yy